eum omnibus benedictionibus esse dignissimum.  
Idem his contingit. Quoties corū se vel & bis  
vocant? qua fraude nunc ex illa, nunc ex altera  
parte percunctantur? Nunc illū remittunt, nunc  
parentes conuocat. Modò parentes ablegant, &  
ad corū reuenerūt. Ad quid hæc omnia? Ut te-  
nebra illæ comprehendant, & obnubilant, no-  
tæm̄ solitudinē luci. Porro: Tenebra eam non cō-  
prehenduntur. Quinim̄ si rem accuratius inspe-  
ctis, opus inuenies. Dei valde præclaris quia per  
hoc quod molimunt, certè faciunt afferuntque  
miraculū, & quod inaudienter agit, procellis  
est mihi tò subtulor ac magis industris, qua vel  
ipse Bartholius vel Baldus possent efformare quo  
miraculi veritas confatet: omnibus evidenissi-  
ma. Spirit. S. instruxit dixit Anna mater Samue-  
lis: Deus scientiarum Dñs est & ipsi preparantur  
cogitationes. Tantus Deus est scientiarum Dñs,  
ut cogitationes, ac reprobatorum molimina illi  
hoc preparant ac disponant, quod intendit. Ex  
sentencia D. Hiero. alludit hæc mulier sanctissima,  
ad factum illud Iosephi à fratribus sui di-  
uident, ne corum fieret Princeps ac Dñs, prout  
Deus illi reuelauerat, & per casis cogitationes  
exulci Deus Ioseph ut protex fieret Ægypti:  
quocirca sic fratribus suis an: Vos cogitatis cōtra  
me malum, sed iniqua vesti cogitationes viam  
straueritis illi quod Deus facere decreverat: Den-  
veris illud in bonum. Ad tem ap̄e perpendiculariter  
verbis Iob quibus Dei extollit potentiam: Qui  
gradus super fluctus maris. Terribiles sunt, &  
non vulgares pelagi fluctus: ventis furiosis ex-  
vulso agitari: verumtamen maior et longe Dei  
potentia, qui fluctus illos frementes spumantel-  
que calcat, & per eos nubes quoniamque placet,  
dirigit. Fastuosa feruerit Aug. Cæsaris cogita-  
tio, velut mare tēpestuosum: Quæsi seruimus, quid  
quæseri non poset: superbum illud promulgat  
editicam: ut describatur vniuersus orbis. Per illud  
deducit nūm̄ illam coelestem, à portu Naz-  
areth ad litus Bethlehem, vbi testimoniū illud  
coeleste, que leuiter grauidula erat, exoneraret.

Hinc elicit D. Aug. cur Deus patiatus Hæ-  
res exoritur, quia perfida frôte rotuq̄e consu-  
fese opponant, & impugnant veritatem in Ecclesie  
confessarias illasque in dubiis reuocent, ut vi-  
delicheret hoc solidius confitemunt, & liqui-  
dus allestatur. Hoc ex ius iudicio paliſſat David

ceteris vaticinans: *Contaminauarunt etiamen* <sup>¶</sup>  
*eius, diuisi sunt ab ira vultus eius.* Et appropinquau- <sup>¶</sup>  
ust cor illius. En tibi principiū heretici effinge- <sup>¶</sup>  
at. Dei mandata, se tradidit vitijs contra Diuinā <sup>¶</sup>  
præcepta. *Contaminauit enim testamētū eius;* idc  
quo hereti latuit. His Dei provocant iram, vt ab <sup>¶</sup>  
eis manū suā dextera amoveat, illosq; sinat <sup>¶</sup>  
sele ab Ecclesiā fideique vnitate scindere. *Di-* <sup>¶</sup>  
*uisi sunt ab ira vultus illius.* Hoc etenim suppli- <sup>¶</sup>  
ciū censetur infastorū maximū, quod effroneis <sup>¶</sup>  
fuis insequantur appetitus, Ecclesiā Deique <sup>¶</sup>  
mandata protervo pede cōculantes. Quid hinc <sup>¶</sup>  
sequitur? *Appropinquauit cor illius.* Per hoc Dei <sup>¶</sup>  
cor ad portū appulit: *Cor illius, cuius intelligimus* <sup>¶</sup>  
(querit D. Aug.,) *inſi cuius ira diuisi sunt;* Cor in <sup>¶</sup>  
SS. litteris voluntatē significat q.d. per hoc im- <sup>¶</sup>  
pleuit Deus quod præstituit, & illo medio ad <sup>¶</sup>  
porū & exitum introdixit quod quærebāt, nōpē <sup>¶</sup>  
vt Catholica veritas eo solidius stabilitur, erat <sup>¶</sup>  
etenim sub diuinis quibusdam mysteriis in SS. <sup>¶</sup>  
litteris abscondita, vt autem ad lucem omnes e- <sup>¶</sup>  
ducantur plenum refert illas impugnari, & <sup>¶</sup>  
ab importunitis hereticorū oppositionibus mole- <sup>¶</sup>  
stari. Per hoc exergesacti sunt SS. Doctores sin- <sup>¶</sup>  
gulatique studio Sacras expōnere Scripturas elati- <sup>¶</sup>  
borantur, ad quod ab ipsis hereticis cogebātur, <sup>¶</sup>  
quo factum est vt doctrina Catholica in Eccle- <sup>¶</sup>  
sia confirmata probataque constiteret. Audite <sup>¶</sup>  
D. Aug. Mudit qui opīnatur poterant scripturas dig- <sup>¶</sup>  
noscere, & per tractare, latebant in populo Dei, nec <sup>¶</sup>  
affrebat solutionem quāsiōnem difficilium, cum <sup>¶</sup>  
calumnias nullus instaret. Numquid enim perse- <sup>¶</sup>  
ctē de Trinitate tractāvum est antequam oblati- <sup>¶</sup>  
rem Ariani. Numquid de pantheis, perfecte tra- <sup>¶</sup>  
ctāvum est, antequam obstante Novationis? sic nec <sup>¶</sup>  
perfecte de baptismo tractatum est, antequam con- <sup>¶</sup>  
tradercent forū positi rebaptizatores: nec de ipsa <sup>¶</sup>  
vītate Christi enucleatā dicta erant, que dicta <sup>¶</sup>  
sunt, nisi postquam separatio ista virgē caput fra- <sup>¶</sup>  
tres inseparabiles tam illi qui vocantur hoc tractare, <sup>¶</sup>  
aque dissidente ne perirent infirmi sollicitatis qua- <sup>¶</sup>  
stionibus impiorum sermōnibus & disputationibus <sup>¶</sup>  
sunt cōfōrma legis, in publicum, deduxerunt. <sup>¶</sup>

Nemo sati admittit verba Dei ad vatem Zachariam mediante Angelō, quibus rationem <sup>¶</sup>  
exponit, quomodo Reges Babylonia & Chal- <sup>Zach. 1.15</sup>  
dae populum suum in letumē sibi subiecte- <sup>¶</sup>  
runt ignominiam: *Ipsa adiunserunt mea malum.* Var è verba hæc explicantur, sed succinctè <sup>¶</sup>  
sico & bene quidem, quod egregium & declara- <sup>¶</sup>  
tive voluerit mysterium: quia videlicet ratione se- <sup>¶</sup>  
tut. Deus impiorum miserat consilij, & qualiter illa <sup>¶</sup>  
suam dirigat intentionem. Reges illi tyranni.

ac barbari suā allecti auaritiae, & ambitione stimulati bellum Dei populo indixerunt, eorum opes diripiendo, mulieribus arvato, fastuo sibi eorum superbiam deprimendos ita ut hæc omnia præsumi facerent intentione: *In malum tyrannicis suis irritari passionibus.* Ceterum per hoc, inquit Deus, *Adiuverunt me:* fecerunt enim, quod ego fieri decreueram, neque ut populus meus dignas rebellionis suæ peccatas fuerit. Itaque eo ipso, quod si improbe & iniuste perpetrarunt, ma la commoti intentione, mihi auxilio fuerunt ut illa, quam ego prius intendebam, iustitia fieret, & populi mei culpa punita, & meritas ipse peccatas toleraret.

Hæc est Dei potestas, qui per hoc quod ipse contra eum moliris perficit id, quod ipse pretendebat. Quid intendit Deus? ut inops sis & mendicus: quandoquidem opes, quas tibi concessis instrumentum sit inquiratis: permittit te libertati tue, lude, age, vaca vanitatibus: tandem ad finem dierum talis eis, qualem te esse Deus decreuit pauper, inops, mille obvios infirmatis. Hoc vult, ut ignominias sustineas: quia hoc clementer superba tuae deprimente arrogatiae: patitur ut tuas secteris & assequaris voluptates, quo sit ut ipse causa sis, ut ab omnibus habeatis velut perdite stigias, & ex sibileris, ut telluris immuli pondus &c. Ipsi adiuverunt me in malo &c. Experiencia te docet hochna, quales hodie prodeunt in scenam tenebrae illæ infernale, lucem impugnantes, pertueris intentione, se peioribus desiderijs exaudientes, eo animo, ut miraculi huini lucem obtenebrent, quod concuocant concilia, quod Audientias. Hoc autem egerunt, inclyter tamen & involuntarij; Dei propositum adiuvarunt. Attende diligenter quid agant, & indunes ut diximus, quod ille formant flammeam, & bene formatam, quæ toti mundo huini miraculi testeatur probentque veritatem.

Quod si quisquam Christo addicissimus, imò multi, licet etiam ipsi Apostoli hoc agere prætenderent, non hoc melius efficerent, nec efficaciter concluderent, nec clarissim probarent: etenim ad eius verificationem ecclæ conuocant parentes, illisque quinque proponunt articulos in forma precipliunctus ut iuridica fiat inquisitio, & præcisè ad singulos respondeant. Primus est: An inuenem illum agnoscant habeantque pascubus vi filium suum? Secundus: an certò sciant, quod ecclæ prius vere ecclæ fuet? Tertius: à quo tempore quinque re crecitate laborauerit? Quartus: an modò vero proponunt clareque omnia videret? Quintus: qua ratione articulos.

vistum recuperari? Sunt autem hi articuli, de quibus nemo poterat iessi: esse magis legimus, & sua attestacione firmius concludere, quam proprij eius parentes. Hoc agunt, quatenus eo modo lucem tenebris inuolant: illo ipso tam modo lux omnia oculis resplendet fulgensissima. Præme namque questioni categorice respondent verum esse quod adolescentem illum agnoscant recipiantque pro filio suo: sciat etenim, quod in domo eorum natus sit & enutritus: *Scimus, quia hic est filius noster.* Ad secundam respondent: quod certò norint, quod ante realiter verèque ecclæ fuit. Ad tertiam, verum esse testantur, quod ab ortu suo lucem nunquam viderit: quia praetentes fuerant dum in lucem efficeretur, & tunc clare ac evidenter suis ipsi oculis viderunt, quod sine illis in mundum venerit: *Scimus quia ecclæ natus est* & hic illi defectus semper adhæsit, ita ut nunquam oculos quibus videret, haberet. Ad quartam, assentiantur verum esse & acta comprobari, cumquisque notum esse, quod videat. Ad quintam: quomodo autem nunc videat, aut quis eius aperuerit oculos ad ipsum indices remittant, ipse de se loquatur: non enim illi scire possunt, aliud in ipso factum, prater id quid impleri constitetur. Cum autem in hoc articulo ad ipsi & ecclæ referrant & appellant: testimonium: illum ad iudicium citant ut symet deponat, qualiter vistum iuridice recuperauerit, quis illi aperuerit oculos, & quid intercessione ad hoc factum suffit foreatur. Responderet illi: Ecclæ gatur. aliorum voce & irritante: se dictam iam dudum veritatem confirmare: *Ille homo qui dicitur Iesus* hoc in me operatus est prodigiū: a seculo nō auditum-q.d. Vir ille prodigiū quoddam laetitias & potentias singulare, lutum de saluis, tetræque puluerē confinxit, & linum super oculos mox, misitque ad fontem Silvæ lavandum; & ecce abiit laui, & vidi. Numquid clavis potest hoc comprobari, miraculum? Numquid fieri potest majoris auctoritatis attestatio, plausorque certificatio?

Ilos contemplator vates Isaías, postquam dixerat, qualiter illi seditionis fontem reiciens Silvæ, & increduli cordis voluptrate perfusus: *Exiit pragatio Propheta: inquit D[omi]n[u]s Cyril allof[er]t: que nalo suspendens sic at. Eia proditoris: Cor Lib[ri] in gregamini & vincimini (legit D. Hieton. Vincimini confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini inite consilium & dissipabatur, quamvis Deus. Omnia vestra verisipelles ergoite concilia, confortamini pusillanimes, & roboramini, ingredimini, egredimini proditoris, tandem dolos-*

O o z dolos-

V.  
Iudei  
Chirilli  
promul-  
gant &  
certificat  
miracu-  
lum.

VI.  
Iudei  
paucibus  
prius vero  
ecclæ fuit?  
Tertius:  
à quo tempo  
re crecitate  
laborauerit?  
Quartus:  
an modò vero  
proponunt  
clareque  
omnia videret?  
Quintus:  
qua ratione  
articulos.

doloque teixe quantos diabolica vestra rabi-  
daque poterit edere pernicietas illi: ipsi vincen-  
ti. Quidquid agitis, vincere est & conuincere  
vos meipos, sicut prudentes illi consilari  
Pharaonis ac Ägyptiorum illo iamque eisdem  
consilio, quo Dei populum conabantur euerte-  
re, magis illum robotarunt, pluresque illi acre-  
uerunt. In Christum agite perfidi, omnes inten-  
dite neros: quæcumque enim concilia cogitis,  
frandescite molimini, hic erit omnium fructus,  
vt Christus tanto fiat celebrior, eius miracula  
tanto evidenter confirmata, vos autem tanto  
maiori delectore confusi.

Veri duxores illi le quā Pharaon ostenderūt:  
facta etenim hac verificazione, redduntur obsti-  
natores, infideliores & contra Christum ra-  
bie furent aceriores. Notat D. Augustinus, pes-  
simæ Pharaonis obstinationis argumentum. Ut

*Exo. q. in Lib. q. in Exo. q. 30.* illi Deus manifestam redderet suam potentiam,  
eumque ad obedientiam constringeret, lucem  
immissit super animalia, boues, oves, arietes, ca-  
pros Ägyptiorum, eamque gravissimam quam  
illi per Moysen mitiendam interauerat: ita vt  
ad orum folia omnia mortua fuerint animalia;  
referunt Pharaoni quod nullum animal, ex his  
que ad Israelitas spectabat, interierit, sed omnia  
salua permanerent. Admititur Pharaon, nec  
credit. Numios mittit ad domus Israelitarum  
rei veritatem indagaturos & adhibitā debitā  
diligentia, sic esse, vt dictum erat, innuerunt: Et  
misit Pharaon ad vitandum nec erat quidquam mor-  
tuum de his que possidebat Israel. Quem effectum  
arbitrari inde prodiisse, qui ex relata libri certi-  
ficacione credere debuisset in peius ruit, Deo  
factus contumaciam, tuncque signum infideliter:  
*Ingranatus est cor Pharaonis, & non dimisit po- palum.* An perniciacior dari possit obstinatio,  
querit D. Aug. ipsa namque certificatio qua cor  
eius obstipum flectere debuisse, ipsum reddidit  
obduratus: *Quod si diligenter inquirent intel- ligere omnia similiter Israelitarum animalia  
peste sublata, atque ex hoc amplius cor suum  
Pharaon agnatur, non hoc multum, sed pro- prijs contuens oculis signum admirabile, &  
evidenti de hoc habita testificatione quod per  
hoc obdureat amplius, omnem diaboli superba-  
hac rebello contumaciam.* *Quomodo excontra-  
ris causis facta est nec ingranato cordis Pharaon?*  
Si enim & poca Israelitarum morenatur &c.  
Vnd debuit ad timendum & credendum moueri,  
hunc ingravatus est. O cor obduratum & lapideum  
*Lib. 1. de D. Bernard. declarans quid sit cor: obstinatum sic  
consider. Queris quid sit cor durum? Interroga Pharaon.*

nem. Per cor Pharaonis vult intelligamus quid  
sit cor obstipum: hoc est propri cor durum.  
Tales sunt illi perniciaces & refractari.

**S. 24. Da gloriam Deo &c.** *Verbis astutis  
pertuertere constunt cœcum: sed eos ipse con-  
fundit, mereturque oscari Profe-confessora.*

**F**acta igitur de hoc opere non leui inquisi-  
tione, parum est eos minime credere, infu-  
per vnam velut apes provocatæ, tauriq;  
stimulati de novo cœcum aggreduntur, qua-  
runt, & requirunt, in interrogant, iterumque inter-  
rogant, conati illum eo adducere, ut dicat, quod  
ipsi ab eo conanti extorquere: *Nisi banitur  
illum in consilium sue trahere blasphemie, in- RUPERT.  
quit Rupertus. vel saltem timorem illi, in In hac  
cute perturbare, itaque anterioris suis qua loc.  
stionibus, interrogacionibus & argumentis in  
diuersa rapere turbarent, si quomodo saltem  
queant ex ore pauperis huius verbum alij od-  
elicere, quem vt ignorarem & simplicem ha-  
bebar quo miraculi huius consilium deroga-  
rent, si quandam inter diuersa confessiones re-  
petiret illo naniam: *Vi officia pe cunctatione*  
(inquit D. Chrysost.) *eum ad suam traherent vo- luntatem, & si forte aliquid inter respondendum Ho. 57. in  
dicat, quod possent ad suam desorquere intentionem. Iean. T. 3.  
Nedum malitia vincunt Pharaonē sed ipsi sunt I.  
diabolis nequos, iudicavit D. Paulinus in vita D. Iudei  
Ambr. Hi namque videntes Domini Salvatoris mi- malitiæ  
rabia magna his coniudi & coacti, pleno ore vincunt  
exalabant: *Sicimus quod si sanctus Dei: quia si diabolus*  
*filius Dei: Illi vero conspicit hoc miraculo adeo Mari. 1.  
celebri & manifesto, obganiuntur Non seruus quia 23.  
hic nō peccator est. O perduelles, vide queso, Luc. 4.41.  
hanc trahit consequentiam? Ex principio quæ  
habet iscrito confessio, & ex procello compro-  
bat: namquid hac elicitur consequentia? Ex  
taibus operibus, quæ testata habetis quis sapientis  
hoc inferat?***

Ceterum hic impletur illud Davidis oratu- *Iff. 3. 23.*  
lum (quod alias expoluimus) *Dum superbius iniquus Hom. 22.*  
*incendiatur pauper: comprehenduntur in consilij §. 12.*  
*qui quis cogitare: Quomodo namque illi fastidiosi*  
ac indigni agunt cum ecce, tantò in Christi  
amore, zelo, & sancto feruore honoris ac glo-  
riæ animosis inardescit, & facie ad faciem il-  
lis oppositus, coldem comprehendit, susque la-  
queis illaqueat, eadem contra ipsos retroquens  
argumenta. Ratio vero principalis, ous fatan-  
ica inflati superbiam producent armati, habita iam  
certificatione, ea luit, qua cœcum convocant,  
auimque: *Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic  
komo*

**homo peccator est.** Continet hæc verba peruerſas mille cogitationes, duoque ſenſus primarios, Primus eft q.d. Huius operis negare non possumus excellētiā: fed huius gloriā iuſtū eft vi Deo referamus acceptam, tanquam eius au- toris, non huic, quem ſenſus hominē nequam, & impoſtore. Eo modo quo Propheta David in ſpiritu prudens in p̄dicatione Ap̄ſtolo- rum triumphum, quem ſingulare decantat en- gloriā, in hæc verba concludit: *Date gloriam Deo,* Iſ. 67.34. Deo operis huius referte laudem, & nequagnā pradi. atoribus: item illi ſuis ea viribus imple- re nequierunt, cum homines effeſt idiorū, lu- pliſe, & illiterati. Eadem phraſi vñ ſunt Sa- ra-pa Philiſhīnorū locutā ad populum: etenim dantes illis confiſſum, vt diligenter aduerterent, ad diſcernendum, utrum caſus ille, qui acciderat, opus eſſet Deo Domino adiſcribendū. Per hoc, inquit, *Dabitis Domino Deo Israel gloriam sit la- rem;* frequens eft hic ſenſus SS. Patribus.

**¶ 62** Secundus eft Abbatis Ruperti: ſenſus admo- dum mirabilis in S. Scriptura phraſis eft aliquo- tis viſta a, vt dare Domino Deo gloriam ſit la- teri ingenuè & candide rei: alieius veſitatem, nullam ei in tortu verbi, vñ inferendo aperire, vt enim veritas eft filia Dei, qui illa trahat fine vila violētia, & cum debito reſpectu. Deū hono- rat ſicut & te, qui filiam tuam cum omni excep- pi reuerterat tibique iniuriam irrogat, qui vñ illi conatur inferre. Spectauit hi verba illa, qua dixit Iofue militi Achan qui rei veritatem ne- gabat, & abſcondebat, de quo facinorē tantope- re Deus excauuit, vt ex eo tempore grauiſſi- ma, & perditioni proxima populum calamitas obruerit. Dicit ei itaque sanctissimus Iofue: *Fili mi: Da gloriam Domino Deo Israel.* & conſuere, atque induca mihi, quid feceris ne abſcondas q.d. Fi- li mi, caute me Deum offendas, cui negando ve- ritatem, & tam non candide conſitendo pen- culo totum hunc populum cuiusque trang. illitatē expenas. Illam ingenuè conſuere, & Deum per hoc honore afficies, toruamque hanc tem̄publīcā non paruo beneficio bonoqne cumulabis. Hæc verba perfidi illi hoc in caſu ſibi vſurpat, co- nati caco oſtendere, quod Dei honorem grati- ter ſaderet, non hoc fatendo, quod ipſi veri pel- les interdebat, & populum iſtum permagno exponeret diſcrimini: etenim per hoc omnis eū populus affecia ſequetur quæ ipoſtole eſſe calumniahanſur & qui tecum ſuis ac fraudibus omnes ad te traheret circumuentos. Fili mi, per vitam tuam adiuuamus te, ne diuiniſis animos horum Optimatum ac concilij adeo reverendi ſuſpendas, ne ambigibus loquendi vtris quibus populus irreueratur: perpende, nos conuēm rei callere veritatem, quod nempe vit ille te non il- luminauit: Dicito plane veritatem: quò Deus ho- nereuit, & populus non decipiat: Dicito no- bis, quas fulisti orationes, qua pietatē exercita- coluſi, quibus vñ es remedius, quo tibi viſum recuperares? nobis etenim liquido conſtat, quō tibi viſum dare non poterit vir cognitæ malitiæ reprobus, quem ex certa scientia nouimus incantatores in poſtem, & omnium cloacam eſſe facinorum: Noſ ſtimuſ quia hinc homo pecca- tor eſt. Vides' improcos illos, blaſphemos, periu- ratones diabolica ſecta atrogañia proponant, velut omniſciens, quæ mituſ & in cuto Christi vitam noverant & actions?

Eia agite perduelles: per hoc etenim: *Incendi- tur pauperes comprehenduntur in conſilijs, quibus co- Cœcū- gitantur.* Per hoc quo magis inflati ſuperbitis Spi- ri- tu ſuperbitz ſinuando carbunculum hunc oculū ludoxos. Christus intellectus ſuſ luce incendit, extinctu- ri, tantò feruens aſſedetur, & flammæ emi- ret ac ipſi endores tanto elatioreſ, quibus omnes fraudulētias veſtras diſcipabili rationeſ, volque iſdem iret, capiqtue deluſos. Nec aliter e- venit, ira quippe sancta flammæcens, exuta lar- va & reſpectu quo reuinebat, i los allequit, ac ſumma libertate reſpondet, amō redarguit ipſas eorum proferens rationes, vt iſdem coru- pedes manuqne conſtringat, caſque adeo ele- ganter deducit ut omnes non parua conuulfione erubefcerent. Oſtendit illis eodem argumento, quod obicerant, veritati detrahente: dicento: quòd probè noſſent Christum hominem eſſe fragitofum: quandoq; ex hoc fe Dei ami- cum eſſe reſtare, quod in manu ſea haberet Dei voluntatem: *Pecatores Deus non ex uidiſ &c.* Conſiſmat Christum omnes mundi sanctiores metitis ſuis longe ſuperare, nec quemq; illi comparandum: cum ipſe ſolus inſigniora, quā exieri omnes ſimil iuncti, quos ſol vidit, mira- bilia operaretur: *A ſcienſ non eſt andiuuū &c.* fa- ceteſ ſatis ipſoſ repreheſendi de hoc ipſo, quod dixerant, ſe neſcire, quifiam Christus eſſet, aut quomodo in mundū prodiuſſet, dum illis ait. Quā precor, hæc grāia dicitis uos, inquam, qui Reipublicæ Rectores p̄fideſſi: quibus incum- bit noſſe quidquid in ea vel eſt, vel agitur, & au- dicentes ea quæ auditis, inquirere non ſtudiuiſſis, qui ſuam homo ille eſſet adeo prodigioſus; qui in ea degit, viuit, & operari: *In hoc mirabile eſt*

O o 3 &amp;c. Con-

&c. Confundit illos , illos propriis inuoluit rationibus illorū sic pedes manūq; vincit, vt se victos erubescētes nec vltra habētes quid respōderent, in eū illusores contumeliosi, & iniuriosi insurterint, illi multa impingentes scommata de synagoga sua expellendo, excommunicando, qui grauiissima erat omnium pena , qua non poterant illi aliquem castigare lēseriori.

V. Christi „ Quād hoc certum erat, quid si Christo con-  
viveret, in eum essent excitaturi persecutio-  
nē. Composuit David psal. 55. cum hac int̄cipiō-  
perse- „ ne : In fūne pro populo , qui à Saulo longe es-  
cūtio- „ Quidam David profugus fūcebat in regionem  
nes „ Gethzorum, illicie Sauli latente m̄ procliderū.  
patiū- „ Geth ex mente D. Aug. dicitur. Toreular. Ingrie-  
tur. „ ditur David teiram Geth. Ingreditur in torcu-  
lār. Reg. „ tale mundus est vīro iusto , vbi perfidis in  
eum populus conūrgit, & v̄t tua seu botrus ia-  
Ps. 55. „ cet in torculari, vnde sic psalmum exordiat: Mi-  
serere mei Domine, quoniam conculeauit me homo.  
Conculcauerunt me inimici mei. Vix ad quid ex-  
primunt ut vīnum effundat, sic sancti qui se par-  
tr̄ Dei adiungunt , illicie fideliter adiungent,  
Petpendit D. Aug. h̄ec verba I'salmi 117. & per  
diabolum, de quo Christus pronuntiavit: Lūmi-  
13. 28. „ cus homo hoc fecit. Esterim si diuino trāscip-  
VI. „ obsequio, & homines & demones in te conū-  
V. „ gēte, & sequi impugnabant inimici. In quem ergo  
in cor- „ finem hoc pacuit Deus? Numquid Dominus  
culari „ malum optat tuis electis? Nequaquam imo po-  
cōpā. „ tius quia bonum illis desiderat, & hoc quid pa-  
tiantur. in non modicum illis cedit beneficium,  
Hoc idem verbum exponit: Conculeauit: alitudi-  
enim ad hoc quod cum vna fit: idcirco namque  
D. Av. „ multi psalmi inseruntur: Tortularibus. Tenetur  
In Ps. „ hic opus Christi, quasi in torculari. Quid est in tor-  
55. T. 8. „ culari? In pressura, sed in torculari fructuosa est  
pressura, vna in vite pressuram non sentit integrā  
videtur, sed nibil inde manat: mittitur in torculari,  
calcatur, premitur, iniuria videtur fieri, sed ista  
iniuria sterili non est, immo si nulla iniuria accede-  
ret, sterili remaneret. Qui non patitur, videntur  
cum vīle longe esse à passione, longe fīat à Santis,  
Qūinimo & ipse David, cum sagittis sic sic Deū  
deprecatur: Misere mei Domine, quoniam concule-  
auit me homo tota die. Meminieris illius tota die  
1. Tim. „ Si putas te non haberi tribulationes, nondum expe-  
3. 12. „ lli esse Christianus. & ubi est vox Apostoli: Omnes  
qui volunt in Christo pie vivere, persecutio- pa-  
tentur. Cum autem capris in Corillo pie vīneri,  
ingressus est torcular. Prepara te ad pressuras, sed  
nō nō esse aridus, ne de pressura nibil exeat. Hoc

prosecutus D. Aug. expendit id quod sequitur: In Deo speravi, non simulo quid facias mihi homo. O David(exclama D. August.) nonne tu eras, qui paulo ante dicebas: miserere mei Domine, quoniam conculeauit me homo, tota die impugnans tribula- nti me, quomodo ergo hic , non simulo quid facias mihi caro? Quid tibi facies? Tu paulo ante dixisti: Conculeauit me, tribulauit me, nisi facies, et ista facias? Respusit ad vīnum , quod manat ex calcaratura. & respondit: Vnde conculeauit plane tribula- uit, sed quid facies? Vna eram, vīnum ero, in Deo sperabo , non tenebo &c.

In tibi primum Euangeliū prædicatorem, Iesu Christi præconem , & miraculorum eius totam inimicis tibicinem vocalissimum , quem optimè inter dicens Proto-confessorem: ea namque ratio est, qua doctus D. Ioannes adeo particuliariter eccl̄i huius scripserit confessiones, & rationes, sic enim ait Rupertus: Quia videlicet RUPERT. primis omnium mortalium pro Christo questionis in hunc bus pulsatus, & persecutionem passus est. &c. Illum locum, iugis ut protomartyrum Euangeliū receperit: cū VIII. illi nec animus, nec voluntas ponendi animam De tenebam pro Christo cithque gloria defuerit, quod bēis luci voluntati martyrum defuerit, non tamen animus martyrio, sicut de D. Iac. Euangelistis testa. In c. 20. tut D. Hier. Pariter hic Dei potentiam attende, Matt., congruerentem hinc primo Apololio cōn-  
stituit prædicatore, quod de aliis Apollinis expendit D. Pauli & ipse Apololus: quod Deus, qui à primordio potentiam suam ostendit de tenebris ipsiſ educes lucem, qua totum illestravit mundum; hic idem illam testarunt reliqui in cū id est, ipso Apololos de tenebris ignorante, ter-  
raque vilitatis educente: Deus qui dixit de tene-  
bris lucem si lende cere, ipse illuxit in cordibus no-  
stris, ad illuminationem sciemtis clarissim D. e. &c. 2. Cor. 4. 6

De cccc viii tenebris, in corpore sine oculis, & in anima sine scientia, lucem producit adeo splendidam, qua lux Christi manifestetur, ut totum illud excedat sapientum concilium, ad lucis sui claritatis illos obteneat, & habebet reddit, huc illucque velut vespertilio, no-  
minusque circumvolantes.

In alio pariter sensu hic patet, id quod ante 1ob. 9. 8. dicebamus ex Job de Dei potentia. Qui gradus VIII. tur super flatus maris In texu Hebraeo verbum Prophē- legitur, quod significat prorētere, conculeare, taliob de subiugare, quod proprie vīctori conuenit hostem Dei potentiū prorētere, conculeanti , & subiuganti, tentia Mundus mare est, tot aquis quot populis copio- implesum: Aque multa populi sunt: fluctus sciemtis, tur- & instari, sapientes sunt ac potentes, qui exteriores Apo. 17. 15 superbo

Superbo pede fastuosi conculcavit; hoc fluctus spinosos Dominus pedibus suis substeruit, eo quo nihil illi est humilis nihil abiecius, & cœco videlicet mendico. Vtius Michæus conplens oratione eodem videnti verbo: *Calcabi Dominus super excelsum terra.* Quam fortes sunt calces, rationes dico verbaque huins cœci mendicantis? Quam acriter se his proritos infrequerunt! His impletum cernimus, prius quam in Apostolis: quod *Inferna mundi elegit Deus ut confundat fortia, & stulta, ut confundat sapientes, & ea qua nau sunt, ut ea que sunt, destruerent.* Hunc insig-  
niori elegit miraculo quam Apostolos: nō enim Salvatoris cladem frequenterat, non ex cœlestem doctrinam audierat, non mira uia viderat sicut illi, & ex eo tantum, quod illi Christus oculos tetigerit, ita illuminatur, confortatur, animatur: ut eum nec satanas synagogæ tutor deterrat, ut ancilla Petrum, nec ex rū vices energet, ut D. Thomam dum illos cernit lapidibus armatos. Hinc collige, an non vere lux istis in tenebris lucet, an non lux clara resplendat ut eam te nebræ nec comprehendere, nec obscurare valuerint.

§. 25. Inuenit eum in templo. Christus, qui opus incipit, ipse perficit, dando illi uile, & perficere, ut ait Apostolus, & profunda Theologia spissa declarat.

**C**um D. Iohannes Euangelista studuerit opera Christi manifestare ut Dei opera innotescerent in hoc quod Christus operatus est, sciens hanc esse perfectam Dei perfectam suam opera, demonstrat nobis qualiter Salvator huic opere quod in cœco incepserat ultimam dederit perfectionem, ostendens in hoc se Deum esse qui in talis, integrum operibus suis addidit perfectionem. Perfectus Dominus hoc opus illuminationis cœci, eum in anima illuminans, i.e., prerogatus quibus in corpore eum illuminaret. Sicut enim illum oculus illustrauit adeo claris [ac fulgidis], ut solis splendori non cederent, sic eum in anima cognitione altissima, & planè coelesti illuminauit, i.e., illum illi, quis esset nō anfeltaus: D. Aloys. Lauera (audi D. Augusti faciem corporis, modo latrati, 44. uat faciem cordis). Quæsiuit illum Dominus: hoc in Iona, quippe supponit verbum Euangeliſtæ: Inuenit Tom. 9. eum, & bene quidem ex mente D. Chrysostomi: Ho. 13. in eum enim propter Christum molesta valde percessus fuisset, & ignominia dedecoratus, ratio iudebat, ut eum Dominus leniret, & honora-

ret. Fecit hoc in compensationem, illi fesse esse. 1. rens excitatum, benignum, benevolum, & mille Cœcum gravis liberalem, hoc adimplens Spiritus S. pro. Christus missum vito forti atque constante: *Oibusabit illi in anima quæsi mater honorificata.* In templo igitur ex op. sicut in puto eum honore affectat ad se vocat, atque corpore Adelio, filii mihi: *Tu credis in filium Dei?*

Norat hic D. Hieron. quod non rogaerit: *Tu uite credis in Christum?* *Iehi in filium Dei,* ut ostendat, Ecol. 15. 2 quod integra perfectaque fides non sit credere Liv. 6. de in Christum, caliter, qualiter, sed confiteri quod Trinit. ad legitimus sit ac naturalis Dei filius, O perdul. finem. Atrium (exclamata D. Hilarij) dicit quidem: Credo in Christum, at non sic est: quandoque dem non credas quod sit legitimus ac naturalis Dei filius: hoc etenim vera de Christo fides exigit. Quæritur ergo ab eo Christus: *Tu credis in filium Dei?* O Domine misericordia & quo non modo in Cœci illum credarem, si cognoscerem, seiremque Christum quis esset. Non hoc ergo te torqueas, nec cum viterius inquiras, illum etenim habes præ oculis: nam ego ipse sum. Hoc dicens, emittensque soli Diuinius radios quosdam clarissimos in oculos animæ cœci bonus cum illuminauit quo Dominum huic cognosceret, diuinam eius illuminationam naturam perdonam, incarnationis, aduentusque in mundum mysterium, altissimum Redemtionis humana secretum, & tantam recognoscens maiestatem, debitanque illi reverentia, in terrâ demissi procumbens, immo desiderans ut ipsa ad abyssos inclinaretur, quatenus maiori reverentia supream illam honoraret maiestatem eum adorans: *Procedens adorans eum.*

Phili. 2. 13. Insigne nobis hoc in opere panditur mysterium: est eum de opere Dei principaliori, de Justificatione hominis iustificationem: Deus est, qui dat iustitionis principium pro fratram gratiam, & per eandem mysterium quoque largius perfectionem, si audio D. per gratiam Paulum: *Qui operatur in uobis velle & perficere pro bona voluntate.* Incipit opus Dominus: illuminans in anima cœcum, quando illum attingens iunctus est, & oculos corporeos luto perunxit: tunc enim animæ illius fidem infudit: nam credere non posset cœci us ille hominis illius potentia, nec sperare, quod per hoc, quod ipse fecerat, fierique mandabat, vitium recuperaret, nec eis præceptis obediens, multo minus sentire posset ac de Christo à sublima proloqui totam illum Doctorum collationem: omnino nec animum habet eius gravis iniusta paucandi, nisi iam de Christo si ē habuisset, sed fides et at imperfeta, suis adhuc parua principijs. Hinc cognitioni manu, ultimam adhibere velut, canique eminem-

tem peccatore, spem in eo corroborans & charitatem accendens vehementius, & hoc egit per illud ultimum, quo se cecco in templo manifestauit.

Hoc in anima illuminatione atque iustificatione contingit: Vets enim est qui huic operi tribuit sua gratia antecedente omniaque merita praeveniente, principium: ipse est, qui gratia sua concomitante corroborat, & sua subsequente tribuit ultimam, integrumque perfectionem. Hoc est, ut ait D. Hieron. vel melius dixerit Beda (in Proverbiis),

In ea, 1. 6. sunt commentatoria in Proverbiis, D. Hieron. adscripta quod Dominus promittit, pluianam nempe matutinam, in exordio messis necessaria, & tempore seminatiois valde opportunam; nec non serotinam grani, ac spicarum perfectioni perutilem: *Descendere facit ad vos imbre matutinum, & serotinum.* Non tantum diuinam gratiam adscribendum est iustificationis principium, ut voluit Pelagius, sed etiam eiusdem perfectio: nam dono auxili gratia efficacis mota voluntas per Deum, & excitata, seipsum ad omissitudine peccata determinat: & eiusdem gratiae favore ipsos Dei recipit impulsus, quibus se monet: ut conluserunt Concilia Melituitanum, & Arausiacum contra Semipelagianos.

**D. BERN.** 64. Spiritum sapientiam & devotionem spirat D. Bernard, docta ponderario duarum sententiarum & confessionum celestis sponsa dum de sponsitate coelesti loquitur, prima est: *Dilectus meus mibi probatur.* Et ego illi: Quid insinus a sponsa Deo-charilla: *Can. 2. 16* Videris Biscaine seu Laconica, dum ita bte- uioribus verbis absoluvis, nec exponis quid dilectus tuus in tui gratiam faciat, vel tu pro eius amore opereris: *Pendet oratio (ait D. Bern.)imo non ser. 67. in penderit, sed deficit.* Aliquid hic subintelligendum Cant. est, ut intelligamus. Et sic se res habet. Supponendum est verbum: q.d. *Dilectus meus cognitus, sollicitus est attenditque mihi & ego illi: Ap- ponendum sane aliquid verbis.* Et mihi quidem videtur fatus esse ad nostram gressam, & quodammodo popularem intelligentiam, sic dicendo: *Dilectus meus mibi, subaudiamus intendit, ut si sensus: Di- lectus meus intendit mihi, & ego illi.* Admirabilem hic agnoscere Theologiam. Pius ipse me, quam ego illum, amat: prior mihi antedictus quam ego illi anterior me ad se traxit & mouit, quam ego me ad ipsum mouerem, hoc enim signant. *1. Ioab. 4. ter nobis dilectionis expressus discipulus: Non quies nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.*

Viterius sponsa progrederit, & aliam eloqui- *Can. 7. 10* tur sententiam: *Ego dilecto meo, & ad me conuer-*

*sio eius.* Quid hoc sponsa sapientissima quid hoc? An tibi excidit quod paulo ante dixisti? Ab minoris modo sponsum tuum, quam prius testimonia locum cesseris: *Dilectus meus mibi, & ego illi:* Nunc autem postremum ei locum assignas, tibi dignorem: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius?* Non est hic, ait D. Bernard filipensis, sed diuinæ misericordia eius ac gratia cognitionis: sicut enim illi principium meæ iustificationis adscripti, & motus meæ voluntatis atque animæ ad illum: quia ipse est, qui in eum finem mouit ac determinauit voluntatem meam, motu auxiliij efficaci gratia lux: sic etiam illi postremum assigno: quia hoc quod bene incepit, opus illius est & illud quod ago bonum, illius pariter est opus gratiae: ipse namque est, qui dat *Velle* & per- fierere tenet quia ipse est, qui *Velle* dat, quod primum est, priori eum loco collocavi, & quia dat etiam *Perspicere*, quod est postremum, cum ultimo loco nominatu, valde conformiter illi, quod dixit in ea te versatissimus *Psaltes regius*, non semel ait: *Misericordia eius preueniet me, & Ps. 11. iterum Misericordia tua subsequetur me omnibus* *Esa. 12. 6.* *debus via mea.* De quibus eleganter discutit

**D. Augustin.** in libro 8. pagina loca perpendens, L. de grat. prefert illa verba, Dominus populo suo dicit, 1. arbi- xii, quem eductum de Aegypto virtute brachij 1. 6. & 7. sibi, potentia sua diuina introducebat in terram promissionis: *Ne deicas in corde tuo: Fortitudo mea, Deu. 8. 17.* & potencia manus meæ feci mihi virtutem magna hanc: sed membraberis Domini Dei tui: quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem. Sic legit D. Augustin, & correspondit illi doctrina *Vide Hom.* quam supra declaravimus ad illa Dominus verba: *Opus consummamus quod deditis.* Dicit igitur & sequitur. sponsa: quidquid boni operata sum & operor, dominus est diuina gratia, & per hoc se sponsa declarata vult gratia plena. Nec aberro: ecce lestem attende sponsam virginem Mariam: quae salutatur ab Angelo: *Gratia plena.* Si plena sit *Luc. 1. 28.* gratia, quidquid ergo in ea est, gratia esse con- tinetur.

Hoc concessio, quanto magis pura protuleris VI. merita, & voluntatis vires extuleris, tamò ma- Grata & gis derogas gratia: cum menta & gratia non in merita vinum compingantur, ut docet Doctor gentium. repinguat. Nempe ut tum magis gratia plena se probat (in Rom. 11. 6 quid D. Bern.) cum totum gratia dederit, & pri- D. BERN. mas se habeat illi, partes adscribens, & ultimas; alio. *Lor. cit.* quia quoniam gratia plena, si quid habuerit, quod non sit ex gratia? Non est, quia gratia inter: ubi iam meritum occupauit. Ergo iam plena confessio gratia ipsius

ipius plenitudinem signat in anima constitutis: bediens, seruans & implens eius mandatum, rem quod de proprio iusit, in quantum est, gratiam illi cedens necesse est. *Dicitur gratia quidquid meriti depurat.* Hoc dato principio disputationem aggreditur contra vitium voluntatis assertores: quam volunt ipsi eam esse, ut cum eis se ad bonum determinet; si ut noui fateantur, nec agnoscant quid ista determinatio opus sit diuina gratiae depurandum. Loquatur iterum & finiat D. BERNARDUS. *Nolo meritum, quod gratiam excludit.* Horreto quidquid de meo est, vi sim mali, nisi quod illud forsitan magis meum est quod meum facit. *Gratia reddit me mihi iustificatum gratias,* & sic liberatum a servitute peccati. Diuinus applaudit verbis. Et si tibi difficile huius operis videatur esse mysterium: illud attende in eo quod Dominus facit in hoc ecclœ. Primum dilectus amorisque discipulus ad hoc attingit: quod præseriens Iesum videbit illum, fixisque oculis alpererit: dum ille sui vivit immemor. Hinc ortum est, ut ille iam Christum attenderit, factus illi o-

cta tendens ad fontem Siloe, in eoque se ablueat. En hic illud: *Dilectus meus misericordia, & ego illi, sed nomine inuenio modo. Intendit illi cœcus diuina eius gratia robotatus, miraculi factus prædicator, & omni studio conatus, ut auctoris sui homini consuleretur, nec non eius contra inimicos aceriusmus stetit propugnator.* Tandem adest illi omnis vitium illi tribuens perfectionem, dum illi seipsum in templo, quis sit, manifestat. En hic illud: *Ego dilecto meo & ad me conseruo eum.* Sit in æternum benedictus, & sua nos diminuta recipiat misericordia ut in ipsis pariter recipiamus, oculos suos nostris superponat, ut per hos illi illuminentur, & sic eius nos amore, & obsequio certe amemus ut haec nobis sit eura principalis: quia seruamus illi, honoremus illum, & adoremus illum propter in terra hic per eius gloriam eoque frui valeamus. Amen.

## S V M M A R I V M

### HOMILIAE TRIGESIMÆ PRIMÆ SEQVENTIS.

**R**EVERT gloriose Euangelista Lucas miraculum celeberrimum, quod Dominus noster operatus est ad introitum urbis Nain, adolescentem resuscitans defunctum, quem efferebant sepeliendum: ad quinque puncta & reducitur. Primum ostendit Domini benignitatem. *a. cuiusque priuilegii §. 1.* dentissimum processu instar solis, *b. cuius providentiae casualis non fuit §. 2.* hic occursus defuncto. *c. Secundum explicat, qua ratione nobis ut expertissimus §. 3.* medicus salutarem præscribat medicinam, quam per oculos recipiamus, hunc obiciens defunctum, qui ad visum prædicat. *d. & docet nemini vitam esse securam. e. id est §. 6. 7.* que indubium est: etenim mors iuuenies proximior est, quam senioribus. *f. Tertium §. 8.* nobis exponit curam habendam de sepeliendis mortuis, saltem ad contingendum eorum puluerem. *g. Mos erat antiquis illos longius efferre ad sepulchrum: §. 9.* etenim corpora defunctorum rem estimabant contagiosam, cum non nisi maximam adferant salutem. *h. non sunt defunctorum corpora coruis proscienda, sed honesto §. 10.* contegendo tumulo. *i. & de hoc non parum soliciti sunt Christiani, multis de causis. k. §. 11.* nec minoris est cõmōdi ea in Ecclesijs sepelire. *l. Quartò cognoscimus, qua ratione §. 12.* mater ploret vidua iustissimas ob rationes. *m. Dominus autem eius miseretur, cuius statutus, quamvis miseria ac calamitatibus abundet, Deo tamen gratissimus est, si vidua talis fit, qualem esse conuenit. n. Incipit eam consolari dicens, ne fleueris: haec ratio §. 16.* parentibus omnibus proponi potest in charissimorum pigrorum obitu. *o. Quintò §. 17. 18.* describitur, qualiter aggressus sit filij voici resuscitationem, extendens nimirum manus.

Hieron. Bapt., de Lanuza Tom. III.

Pp

num